Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



tamen differunt. Nam actor ad lites presentes tantum
et cum decreto constituitur quia decretum non extenditur
ad futura sed ad presentia tantum. Sindicus vero ad pre-
sentes et futuras sine decreto ut in pall. le. Item
eorum c. si decuriones. Quandoque vero actor ponitur
pro procuratore ut l. iiij. di. ex antiquis et duobus
c. se. Item actor datur invitus et sic differt a
procuratore. Etiam procurator non fit ab universitate que
non est dna. Item actor ante litem datur procurator vero
ante et post. Sed yconomus est cui res guber-
nanda ecclesie mandatur ut C. de sacro. sanc. ecc.
et l. iubemus in principio lxxxi di. quia in quibusdam
de iura calump. imperatoris. Et intervenit tam
in iudiciis quam in contractibus et eligitur cum
consensu episcopi ut C. de ep. et cleri. l. iubemus et in
p. decretorum imperatoris. Yconomus dicitur quandoque lxxxx di. vo-
lumus et c. se. i q. iij. salvatori. Proprie tamen in
rebus canonicorum yconomus. Vicedominus in episcopalibus
de syno. consulente. Etiam preceptus et yconomus
idem sonant in pall. c. salvator. Orpha-
trophus quid sit habes C. de ep. et cle. orpha-
natrophus. Et dicitur orphanorum curator, pu-
pillorum tutor, et adolescentum curator qui
eos parentibus destitutos suscipit educandos
unde orphanatrophia dicitur. Sed vicedominus secundum iura
est proprie qui preest rebus episcopalibus ut lxxxx
di. volumus et c. se. i q. iij. salvator circa medium. Sed
Vicecomes dicitur ille cui dominus temporalis committit
executionem iurisdictionis sue in aliquibus
castris et sic vulgariter tales vocantur lombardi

Yconomus

Orphanatrophus

Vicedominus

Vicecomes